



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion, Sive Manuale Confessariorum Et Poenitentium

Azpilcueta, Martín de

Antverpiæ, 1625

De decimo præcepto, & consiliis Euangelicis. cap. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41661

454 De nono præcepto, Non concupisces, &c.

rogatus, nec promiserit secretum, e. iam si erat tale, quod prima facie eius detectio non videretur nocitura, rogatus tamen eius secretum promisit, & poterat subesse aliqua ratio, ob qua illud roganti notabiliter conveniebat celari. Quamvis solum sit venialis detectio secreti, quam constat nemini notabiliter nocituram, vt recte Caietanus & resoluit per supradicta l.

Et 2. q. 70.
art. 1.
Et in c. sa-
cerdos, de
pen. dist. 6.
ad au. 30.

De nono præcepto: Non concupisces
uxorem proximi tui.

CAPVT XIX.

I Amari se velle amore mortali, mortale.

Contra hoc præceptum eisdem modis peccatur, quibus contra sextum: quia utroque eadem explicite, vel implicite prohibentur. Quare modis peccandi contra sextum solum addimus, quod peccat mortaliter, qui, vel que de liberate cupit, vel gaudet amari amore libidinoso mortali ab alio, vel alia, quamvis non sic amet, quia consentit peccato mortali suo, vel alieno, iuxta dicta n: vbi dictum est quando voluntas, vel consensus in proprium, vel alienum peccatum, & delectatio morosa sint mortales.

In Postis in
cap. 10.

In Sup. c. 11.
num. 11.

De decimo præcepto: Non concupisces rem
proximi tui: Et de consilijs Euangelicis.

CAPVT XX.

- 1 Concupiscentia inordinata rei notabilis mortalis est.
- 2 Ludus quid, & duplex, & quis venialis, & quis mortalis.
- 3 Ludus causa principali lucrando negotiatio, & communiter mala, num. 4.
- 5 Ludens ludo vetito sibi lege ad mortale obligante, & etiam licito ab impotente donare, vel coactio, vel dolo, mortaliter peccat, & 12.
- 6 Lex an vlla iuris communis ludi obliget ad mortale.
- 7 Ludus omnis aleæ, & principaliter ob lucrum prohibitus.
- 7 Ludus omnis etiam industria principaliter ob lucrum, saltem venialis, & 8.
- 9 Ludus aleæ rei notabilis clerico sacro & non mortalis, & 10.
- 11 Ludus de se nullus laico mortalis, & quis ei gloriosus.
- 13 Ludere quis dicatur coactus.
- 14 Ludi spectator clericus magis peccat quam laicus.
- 15 Ludentium susceptores, &c. vt peccant.
- 16 Peccantium ministri quando peccant.

17 Ludens

17 Ludens di
17 Ludens ci
17 Iurans fo
18 Promissio
18 Ludo que

Contra
quicum
notabile. Di
prionem, pe
lum, non pe
piscit inordi
iustitiam, fo
Thomæ ex
solum agim
iocum, quia
2 Primo, qu
andum anim
principaliter,
ob animi rec
fius alterius
cum autem
est, qui fit ad
quo frequen
dendi, & io
vocat. Et q
excessus & d
fum inordin
eo abstinend
quentius pe
ioco æque p
receptum.
Secundo præ
veratur, vel c
suo genere es
3 Tertio præ
lucranda poti
finitione coll
quia per eam
teles. Tū qui
multum tem
beri, & famu
rum, cum ma
bonorum iac
nulli per eam
bibuntur, vt
di necessitati

- 17 Ludens dissimulans peritiam, fallens, & non monens, ut peccat.
- 17 Ludens credito ni iuret, non soluat, & tunc, &c.
- 17 Iurans soluere perdita quid faciet.
- 18 Promissio reciproca, siue scommessa, vel apuesta quæ licita.
- 18 Ludo quaesita non restituenda, nisi &c. & num. 19.

Contra hoc decimum præceptum peccat mortaliter, primo, quicumque inordinate contra iustitiã concupiscit aliquid notabile. Dixi, *Inordinate*, quia qui concupiscit ordinate per emptionem, per mutationem, hæreditatem, aut alium iustum titulum, non peccat. Dixi, *contra iustitiã*, & notabile, quia qui concupiscit inordinate contra solam liberalitatem, vel parum contra iustitiã, solum venialiter peccat, per citata a, iuxta mentem S. Thomæ b explicatam ibi per eius commentatorem. Et quia hic solum agimus de transgressione huius præcepti per ludum, & iocum, quia de alijs c actum est, pauca de illis præmittimus.

2 Primo, quod ludus & iocus est *actus principaliter factus ad recreandum animum per voluptatem*, secundum Arist. a & S. Tho. b Dixi, *principaliter*, quia qui magis fit ob lucrum, vel alium finem quã ob animi recreationem non est propriè iocus, nec ludus, sed actus alterius virtutis, vel vitij, qui cū fit factis, appellatur ludus, cum autem verbis, iocus. Et est duplex, bonus & malus. Bonus est, qui fit ad honestam animi recreationem sine vlla mala circumstantia, ex quo frequentato generatur habitus, & consuetudo honestè ludendi, & iocandi, qui est virtus, quam Aristot. e Eurapeliã vocat. Et quia omnis virtus moralis inter duo vitia extrema excessus & defectus interiacet d, ita hæc interiacet inter excessum inordinatum ludendi, & inter defectum inordinatum ab eo abstinendi, vt e probat sanctus Thomas: longe tamen frequentius peccatur per excessum, quam defectum: quia ludo & ioco æquè parce condienda est vita, ac sale cibi, iuxta Cicer. f receptum.

Secundo præmittimus, quod ludus & iocus malus est, qui lege veratur, vel circumstantia mala vestitur, vt plurimum autem, & suo genere est venialis: quis autem sit mortalis infra dicetur. g

3 Tertio præmittimus, quod ludus exercitus principaliter animo lucrandi potius est negotiatio, quam ludus, vt ex supradicta definitione colligitur: quæ negotiatio fere semper mala est. Tum quia per eam aufertur amicis, quibus erat dandū, vt ait Aristoteles. Tū quia per eam quis assuescit bonis alegg subijciendis, & multum temporis terere. Tum quia est occasio vt coninges, liberi, & famuli parufaciãnt damna bonorum, & custodiam eorum, cum maritum, fratrem, aut herum vno alex iactu tantam bonorum iacturam facere videant. Tum quia paucissimi, aut nulli per eam ditescunt, imo per eandē multa mala & vitia imbibuntur, vt Hostiensis admonet. Dixi h, fere, quia finis prouidendi necessitati cum probabili credulitate lucrandi à diuite, vel

a In add. & c. quãdo de cõ-
tec. dist. 1. &
supra in car.
nu. 4. & c. 17.
num. 2.
b 2. 2. q. 59. 2.
4. & qu. 168.
art. 3.
c Sup. c. 17.
a 4. Ethic.
b 2. 2. q. 268.
art. 2.

e Vbi supra

d Iuxta eun-
dē, & glo. fin-
gu. in parag.
hæc quæ. de
pecc. d 2 sub
c. charitas 3.
e In d q. 268.
art. 3. & 4.
f 1. Offic.

g Num 4.

h In sum. de
excess. prel.

preces, aut iussus amici, aut superioris diuitis, possent quandoq; huiusmodi ludum, & negotiationem honestare i.

i Reg eorum
quæ sit S.
Tho. de mer-
natur. 2. 2. q.
77. art. 4.
k 2. 2. q. 162.
art. 3. & in
summa, ver.
ho ludus.

Quarto præmittimus, quod ludus non sit mortalis ex sola circumstantia animi principaliter lucrandi aliquid, etiam notabile, ab eo, qui donare potest, vt probat Caietanus *k*: neq; etiã ex nimio & ardenti ludendi appetitu, nisi cum extèditur ad alicuius legis, quæ obligat ad mortale, violationem. Qualis est eorũ, qui noctes in dies, & dies in noctes vertètes, missas præceptas omitunt, aut subeunt periculum amissionis bonorum, sine quibus nequeũt sustentare vxores, liberos, ac reliquam familiã sustentãdam de præcepto, aut debita statuto tempore soluere, aut putantur inepti ad munera bellica, & ciuilia Reipub. eis ad illa notabiliter egentis, & timentis, ne pecuniam ad ea necessariam eis datam ludo perdãt, simul & deplorantis eorum vicem, quod eũ sint alias rebus egregie agendis apti, ob hãc vnã rem ad id reputantur inepti. Neque etiam ex circumstantia loci sacri, quia

a Officium de-
corum de vi-
ra, & honest.
b Cap. de cre-
parag. essent.
de immun. ec-
cl. lib. 6.

nullo id iure cauetur, nisi cum specialiter talis in eo ludus prohibetur, qualis est comœdia rerũ prophanarum, aut nisi fiat cum notabili scandalo, vel irreuerentia Dei, vel Ecclesie *b*. Imo sine villo peccato, & cum merito potest quis in eo ob honestam causam ludere, puta quod infirmus, qui illic est, recreatur, quo otũ pellatur, aut solatium capiãt milites, cui eum tempore belli custodiunt, quamuis sine vlla iusta causa id ibi facere sit saltem veniale, iuxta Caietan *c*. Neque ex circumstantia persone: nam sine vlla culpa, etiam veniali, clericus, & monachus interdum etiam talis & chartis lusorijs ludere potest ob honestã causã, puta ad excitãdam; vel recreandum socium egrotum ea re indigẽtem, modo non frangat legem vllam ad mortale obligantem, de qua infra *d*. Neq; ex circumstantia temporis: quia quamuis peccatũ sit totum diem festum in ludis præsertim operosis consumere, quales sunt ludus pile, prælij vmbrales, & similes, mortale tamen non est, nisi missa, aut aliud diuinum officium præceptum, vel votum omittatur. Neq; ex eo, quod potius fortuna, & eventus, quã industria nitatur, nisi alioqui lege prohibeatur: quia imo ludus, qui in quantum talis ad relaxationem animi fit, tanto aptior est, quanto magis fortunæ, quam arti & industriæ nititur, quia intentionem animi magis remittit, & ita contra vulgi opinionem omnium ineptissimus est ludus latrunculorum, quem Itali Scacchorum, Hispani vero Axedrez, & Galli Eschez vocãt, quia is minus, quam alij animum relaxat, quamuis magis licet quam aliquot alij qui lege prohibentur *e*.

e In d. quæ
162. art. 3.

a Nam *e*.

e Iuxta gloss.
receptam in
authen. inter-
dicimus, c. de
epif. & cler.
& gl. e. clerici
vbi Panor. &
alij, de vita,
& honesta,
cler.

f De vita &
honest. cler.
& ea decret.
parag. essent.
de immun.
eccl. lib. 6.
g Sess. 4. pa-
rag. 5. n.

4 Secundo peccat mortaliter contra hoc præceptum, qui ludit cũ irreuerentia notabili Dei, vel dictis, & factis in se mortalibus, vel mortali circumstantia vestitus. Dixi, *Irreuerentia Dei*, ob cap. cum decore *f*. & Concil. Trid. *g* quod grauissime in hac fere verba prohibuit: *Mandat & præcipit sancta synodus, ne de cetero quisquam vllis sacra Scriptura locis viatur ad scurrilia, fabulosa, rana,*

adulationes, de-
nes, diuinatione
ciudendos lu-
mortali circum-
notabili scan-
riculo eius p-
cumstantij lu-
auiditatis lu-
scandalo, & n-
gis ad mortã
non tamen i-
5 Tertio pec-
do prohibito
eo, qui dona-
acto, vel per-
uitas excusat
ludo prohibito
prohibetur a
statutis Col-
quæ alijs no-
6 Dixi, lege a-
nis quari pe-
veniale, prob-
tur casu & fo-
principaliter
clericis inter-
7 Per quam
aut casu, qua
ludus ad tab-
men fortuna
fortiarum, qu-
maiori fortu-
cludendum
luci parno t-
causa solati-
cuius esculer-
tur, vel spiri-
dicendarum
quæ tales lu-
ctis, & conse-
& Secundo di-
& arte potius
luditur causã
inordinatus
vius in alian-
animi recrea-
tandemq; in-

adulationes, detractiones, superstitiones, impias & diabolicas incantationes, divinationes, sortes, libellos etiã famulos. Dixi, vel dictis, &c. ad includendos ludos impudicos, & alios de se mortiferos. Dixi, vel mortali circumstantia restitit, ad includendos ludos, qui fiunt cum notabili scandalo, aut cum notabili alterius nocumento, vel periculo eius probabili, & ad excludendos ludos, qui fiunt cū circumstantijs animi principaliter lucrandi, nimietatis ardoris, & aviditatis ludendi, sacri loci, temporis vel persone sine praed. & scandalo, & nocumento, & transgressione alterius legis ad mortale obligantis: hi enim licet, vt plurimum, sint mali, non tamen sunt ob hoc mortales, per proxime dicta.

5. Tertio peccat mortaliter quicumque ludit rem notabilem ludo prohibito sibi lege obligante ad mortale, vel ludo licito cum eo, qui donare non potest, vel à potente donare ad id metu coacto, vel per dolum, & fraudem decepto. Dixi, notabilē, quia paritas excusat à mortali, vt supra dictum est b, & alias sepe Dixi, ludo prohibito sibi, quia multis prohibetur aliquis ludus, qui non prohibetur alijs: nam multis interdicitur voto, iuramento, aut statutis Collegiorum & Cœnobiorum aliqua genera ludorum, quæ alijs non ita vetantur.

6. Dixi, lege obligante, &c. qualis an sit vlla humana iuris communis quæri potest? & responderi primo, lege obligante, saltem ad veniale, prohiberi communiter omnem ludum, qui magis nittur casu & fortuna, quam industria & arte, quo luditur ob lucrū principaliter, per iura citata c, quibus omnibus, tam laicis, quam clericis interdicitur ludus aleæ in vniuersum.

7. Per quam significatur omnis ludus principaliter nitens sorte, aut casu, quam industria, & arte ex mente. An autē, de quibus est ludus ad tabulas d, qui licet multum nitatur industria, magis tamen fortuna: de quibus videtur etiam esse ludi chartarum, lus foriarum, quorum aliqui magna quidem industria nituntur, sed maiori fortuna. Dixi, quo luditur ob lucrum principaliter, &c. ad excludendum eum, quo potius causa honestæ recreationis, quam lucrī paruo tempore luditur, vt quo à prandio, vel cœna ludatur causa solatiij, nullius rei pecuniariæ lucrō proposito, vel solū alicuius esculenti, vel poculenti, quod bis lucrifacium temel soluitur, vel spiritali lucrō precum aliquarum pro vincente à victo dicendarum. Tum quia id permittitur e. Tum quia ratio legis quæ tales ludos vetat, est frænare avaritiam, quæ cessat in prædictis, & consequenter ipsa lex f.

8. Secundo dico, quod simili lege prohibetur etiã ludus industria & arte potius, quam fortuna nitens, quo eque, vel principaliter luditur causa lucrandi, quam relaxandi animum. Tum quia est inordinatus lucrandi actus, cum rei in vnum finem ordinate sit usus in alium fere semper contrarium; quia ludus ad honestam animi recreationem inuentus vertitur in negotiationem turpē, tandemq; intendentem, & fatigantem ipsum a. Tum quia dicta

Ff 5

authen.

h Arg. es. nec solo 35 qu. 5. & 1. ad 5. Tho. 2. 2. qu. 154. art. 4. a Arg. c. nihil de pœse. &c. 1. de torne. & c. 2. ad audentiam de homic.

b Ca. 11. n. 4. c Cap. episc. 31. di. & l. 1. ff. de alex. lusa. & aleat. & auth. alearum vsus, c. de relig. & sunt. fune. &c. clerici, de vita, & honest. cler. d Per d. athen. interdiciamus, c. de episc. & cle. & parag. interdiciamus, athen. de episc. coll. 5. vnde illa sumitur. e Per l. quod in conuivio, ff. de alex. lusa. & alea i. d. gl. eius & glo. d. c. 1. 25. di. & glo. 1. si tibi parag. 1. ff. quar. rer. 2. d. io non dar. f Lux. l. adigere, parag. quamuis, ff. de iur. patr. & ca. suggest. & c. meminimus de appel. & theoriam Panormi. super eis positam, & receptam.

a Contra c. ff. de verbo, signi. ff. legati inutiliter ff. de alim. lege.

authentica alearum, permittens quatuor genera ludorum Industria & arte magis quam fortuna nitentium, vetat ne premium maius, quam vnus solidi proponatur vincenti, tacite perhibes, ne principaliter auaricie causa ludatur, etiam ludo permisso, tacite etiam limitas legem aliam *b* que permittit ludi pecunia falliendo, currendo, luctando, &c. qui sunt ludi magis industria, quam fortuna nitentes, ad pecuniam vnus tantum solidi.

9 *Tertio* dico, quod lege etiam ad mortale obligante prohibetur monachi, & clerici beneficiarij, vel in factis ordinibus constituti, ludere huiusmodi ludis aleæ, siue fortunę illicitis, notabilem quantitatem, præsertim de fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum. Tum quia prædictam iustam legem canonicam transgrediuntur. Tum quia præfata capita *c*, iubent clericum ob aleę lusum deponi ab officio, vel beneficio, quod mortalem culpam præsupponit *d*. Et ita hoc Ioannes Maior, Adrianus, & Caietanus *e* significant. Tum quia in profanum, & malum vsum redivitibus in pium dicatis vtuntur, contra illa multa que citavimus *f*. Tum quia Concil. Tridentinum *g* præcipit seruari iura ante illud per Papat, & alia Concilia super ludo, & luxu clericorum statuta.

10 Dixi, *Præsertim de fructibus beneficiorum*, quia idem puto, quoad peccatum, licet nõ quoad restitutionem, de his qui ludunt de bonis patrimonialibus: nam ratione solius ordinis, & professionis interdiciuntur eis huiusmodi ludi. Canones enim prædicti siue vlla fructuum beneficiorum mentione prohibent eis huiusmodi lusum, vt videre est in eis fundatis in illo dicto Apostoli *h* *Nemo militans Deo, &c.* Dixi, *Beneficiarij, vel in sacris ordinibus constituti*, ad significandum, quod de alijs idem, quod de laicis est cõfendum, per doctrinam Panor. communiter receptam *i*.

11 *Quarto* dico, quod non audeo dicere tam graui lege humana prohiberi laicis lusum, etiam principaliter ob lucrum, etiam magnum. Tum quia prodigalitas eorum de se non est mortalis, vt *s*. Thomas receptus ait *k*, & supra *l* est significatum. Tum quia non videtur in hoc submitti prædictis canonibus. Tum quia leges prædictæ seculares super hoc late non videntur obligare ad mortale: siue quia intentio legislatorũ non fuit illa, iuxta dicenda *m*: siue quia quod ad hunc effectum non videntur receptę, cũ in omnibus mundi partibus cuiusque ordinis laicos videamus magnam pecuniarũ summam, & maximam eorum partẽ principaliter propter lucrum ludere, & à confessarijs sine proposito numquã ita ludẽdi absolui, quod facere nequirent, si in eo mortaliter peccarent *n*: siue quia leges illæ non tractant de materia iustitiæ, sed temperantiæ, vel modestiæ, que vt plurimum solum ad veniale obligat. Dixi, *lege humana*, quia secus esset quoties ratione loci, temporis, personæ, vel modi ludendi prohiberetur eis lege naturali, vel diuina, de reuerendo Deum, & sacra, vel de curandis rebus publicis, vel priuatis suis, vel proximi, vel soluedis de-

b l. 1. ff. de alear. lusu.

c c. 1. 35. di. & c. inter dilectos de excess. prul. d Arg. c non asseramus. e Vbi supra. f In tract. de redivit. eccl. q. 2. mon. 20. g Sess. 25. c. 1. de reform.

h 2. Tim. 2. i In c. clerici de vi. & honest. cleric. & ius c. 1. & 2. de postul.

k 2. 2. qn. 185. art. 7. l. eodẽm n. 1.

m Infra t. 23.

n Cap. pen. 1. & 2. de pecu. dist. 3.

dis debitis, ac
sim dicere, eo
omnes prese
venialiter pe
quod in eis si
sitruendum a
incurrere, q
eoque sine p
gravi pudore
re, eoque ma
quo cum mi
ria proposita
gnam pro m

Quinto dico
ob lucrum lu
animi recrea
ciat illud, ac
Non autem c
poneretur, q
sufficit vt sit
evidenti exer
geret, nisi lu
quam vocan
quod propte
recreationis

Suam ergo q
12 Dixi, vel l
rem notabile
liter, secundu
lius, qui ad h
sis, monachu
nem assuetu
lium etiam s
in scholis stu
tu quatuor, a
dere. Cui ad
goriatur imp
causa faciat,
facere vident
huiusmodi si
ab ipso. Tum
nunt. Tum q
perem aliqu
dicum non p
Tum quia c
tractum cum
iudicium, q

dis debitis, ad quæ de præcepto tenentur. Equidem licet non a-
sim dicere, eos tam forti lege humana teneri, audeo tamē orare
omnes præsertim illustres, ut secum reputent, se graviter, saltem
venialiter peccare, turpemque negotiationē exercere *b. luc. 11. q. 3.*
quod in eis fit, turpe ab omnibus appellari, & sæpissime esse re-
stituendum *c.* & eo maiorem apud virtutis studiosos infamiam
incurrere, quo cum sint maiores, maius scādalum præbent *d. Id-*
eoque sine proposito ab eis perpetuo abstinendi non posse sine
gravi pudore ad sanctissimum Eucharistię sacramētum accede-
re, eoque maiorem gloriam apud Deū, & homines adepturos,
quo cum minore pecuniæ lucro, sola vel pene sola vincendi glo-
ria proposita, pro palmario in signum victorię ad iucundam pu-
gnam pro magnitudine sua amicos allicerent.

Quinto dico, ad discernēda prædicta toties quem principaliter
ob lucrum ludere, quoties tanti, aut plurius lucrum facit, quam
animi recreationem. Dixi, *Tanti aut plurius*, quia sufficit ut tati fa-
ciat illud, ac animi recreationem, per ea quæ pridem diximus *e.*
Non autem dixi ut Sylvester *f.*, qui non luderet, nisi lucrum pro-
poneretur, quia ut aliquid sit finis principalis alicuius actus, non
sufficit ut sit causa sine qua ille non fieret, ut ibi dixi, proposito
evidenti exemplo de clerico, qui ad preces matutinas non sur-
geret, nisi lucrifaceret distributiones, neq; missam faceret, nisi
quam vocant pitātiam speraret, tamen maioris facit illa, quam
quod propter illa datur. Et ita potest quis ludere principaliter
recreationis causa, quamvis non luderet nisi lucrum expectaret.
Suam ergo quisque in loco conscientiam consulat.

12 Dixi, *vel ludo licito cum eo qui donare non potest*, quia qui cum tali
rem notabilem ludit, siue sit clericus, siue laicus, peccat morta-
liter, secundum omnes: eiusmodi est stultus, puer, mæcipium, fi-
lius, qui adhuc in patris potestate est prodigus, coniunx, monia-
lis, monachus, & similes, secundum Ioan. Andr. Cald. & commu-
nem anulum tamē videtur id quod Sotus *b.* insinuat, scilicet fi-
lium etiam sub patris potestate constitutum, qui de ipsius licentia
in scholis studet, aut in Curia versatur, licite posse de suo cōmea-
tu quatuor, aut quinque de centum, quæ dantur ei, ludo impen-
dere. Cui addo idem dicendum de religioso, qui studet, aut ne-
goriatur impensis sui Abbatis, modo id honesta recreationis
causa faciat, quia pater & prælatus tacitam eius rei facultatem
facere videntur *e.* non placet tamen id quod ille addit, nempe
huiusmodi filiū non posse à collusore plura lucrari, quā collutor
ab ipso. Tum quia omnes communiter contrarium præsuppo-
nunt. Tum quia non est textus, neque ratio quæ concludat pau-
perem aliquem honesto loco natum, & etiam plebeiū, & men-
dicum non posse amplius lucrari à diuite, quam diues ab ipso.
Tum quia *c. si qua de rebus d.* & parag. *pupillus e.*, probant con-
tractum cum pupillo, aut Ecclesia factum valere in alterius præ-
iudicium, quamvis in eorum non valeat. Tum quia iniuriā pa-
ri potest,

*b. Per diāa
num. 2. & 3.
c. ut infra di-
cetur.
d. Cap. præci-
pue, 11. q. 3.*

*e. In c. integ
verba, 11. q.
3. & in En-
chirid. de o-
rat. & hor. ca-
nonicis, ca. 6.
n. 14. & in e-
ius addit. &
nuper in cō-
ment. c. cum
min. 11. 23. q.
5. num. 73.
f. Verb. Indus,
q. 2. parag. 6.*

*a. In d. c. cle-
ric. 2.
b. Lib. 4. q. 50.
art. 1. de iust.
& iur.*

*c. Arg. gl. of.
clem. 2. de vit.
& hone. verb.
cōuertendū
& eorum, quæ
late scrip-
tus in c. cum
ad monaste-
rium de sta-
mon.
d. 1. q. 2. ¶
c. Inst. de in-
uic. stip.*

ti potest, qui eam facere nequit. Tum quia amissa facultate faciendi, & perdendi facultas patiendi, & lucrandi non amittitur, quamvis eius opinio procedere posset in eo, qui falso dicendo se facultatem habere donandi, & perdendi, allicit alium ad lulum *h.*

13 *Dixi, vel à coactio, &c.* Tum quia metus, dolus, & fraus omnem contractum, quamlibet alioqui licitum, ita inficiunt, ut sit irritus, vel irritandus *i.* Per coactionem autem intelligo non leuem & consuetam invitationem, & inductionem, sed eam quae fit iusto metu, vel tam grandi reuerentiali, vel cum eiusmodi exprobratione, ut inuitatus, & rogatus si non luderet, vel à ludo discederet, vilis & abiectus reputaretur, secundum mentem eorundem, quos etiam Sotus *k* sequitur, quod quotidianum est.

14 *Quarto* peccat clericus, vel monachus, qui ludum mortaliter malum spectat *l.* si multo tempore spectat, secus si paruo *m.* Iam si ludo delectatur venialiter malo, ita quod etiam si mortalis esset eo delectaretur *n.* quia facientes & consentientes, &c. *o* Idem si eius praesentia est causa quod ludo mortali ludatur *p.* aut si ex officio debeat prohibere, & non prohibet *q.* *Dixi, Clericus, &c.* quia laicus, qui non est causa ludi mortalis, nec delectatur eo, quatenus talis est, sed solum industria, & arte ludentium, non peccat, secundum mentem omnium.

15 *Quinto* peccat, qui eiusmodi lusoribus subministrat domum, mensam, & candelas, aut alia in ludum necessaria *s.* per quae probatur peccare qui consentit peccato, praesertim cooperando, iubendo, mandando, inuitando, vel inducendo, quod expresse, vel tacite, directe, vel indirecte facit huiusmodi susceptor. Et quia grauitur contra hoc vrget quidam doctus, dubitans *b* an idem tenuerim, addo, me idem etiam nunc tenere, idque confirmo per tres leges priores *r.* quibus graues poenae statuuntur contra eiusmodi susceptores.

16 Et ad inconuenientia, quae ipse hinc infert, responderi potest per ea quae supra *d* respondi pro locantibus domos meretricibus in ea parte ciuitatis, ubi permittuntur habitare, & per ea quae Caietan subtiliter distinguit *e* prostantibus cenam pro ieiunantibus in die ieiunij, limitata infra *f.* per illa enim defendi potest non peccare famulum mensae concubinariorum ministrantem, neque iuuantem concubinam ad se ornandum, neque ministrantes mensis Sybariticis praetorum, neque opifices, qui calceos, & sandalia, vel vestes vendunt meretricibus, & alios similes, modo id sine vilo consensu in peccatum faciant, quoniam non inducunt, neque iuuant directe ad illud, susceptores autem praedicti tacite, imo ut plurimum expresse inuitant, & iuuant directe, vel quasi, ad huiusmodi ludos mortales, & consentiunt eis. Et ad id, quod insinuat, si non hunc, alium suscepturum eos, respondeo per id, quod dixi supra *g.* contra ministrum mixtum vsurarij, & pro ministro nudo eiusdem, & contra seruum occidentem, quem alij conserui erant occisuri.

g Per d. l. II. lud.

h Arg. l. 2. C. si minor. maior se esse dixit.

i Cap. Abbas, eum gl. de his quae vi

& toto tit. ff. quod mort. etia. & de dolo, & trad. v. terque. Tho.

2. 2. q. 32. art. 7. ad 3.

k Lib. 4. q. 4. art. 2. de iust. & iur.

l Ca. clericus, 2. de vita & honest. cleri.

& synthe. c. interdicit, n. 9. U. de episc. & cler.

m Per d. 2. sup. c. 1. n. 4. n. 4. in 4. l. sent. dist. 15. q. 11. art. 3. dub. 3.

n Ad Rom. 1. & ca. 1. de offic. deleg.

o Arg. gl. in clem. archiepisc. de privileg.

p Angel. ver. indos. parag. e.

q Arg. c. err. 2. 5. di. & dicto. rum in d. c.

11. ubi supra. & c. 17. 2. nu. 17.

r In cap. 17. c. II. de alex. lusu, & cleat. d. Capit. 17. nu. 195.

s l. 2. q. 148. art. 5. sub. fin. f. Ca. 2. n. 25.

t Cap. 17. a. num. 28.

17 *Sexto* peccat in ludendo imperitiorum, vel ludi cuiusdam dolo & appositio peccat, & non

Per quae re quod peccat quam habeat calculi diceret qui accipit, p

mus decipit, quia surripitur restitueret

prioris loci v re, quantum

ba: quae tria le inferitur, p

Ad *quartum* legem iustitiae tando, vel no

ita quamuis tamen tenetur per citata sup

Ad *quintum* regnis Hispaniae in Comitibus M

tur, ne ludetur pila simul in r

tiones, & fide seruandum e quod efficaci

periora excu

sis, nunc aute cet. contra ter

praedictus Pra de solo promi

iuuantem, vt p promittetur si

uerit, & tunc vsuras, potest

ta non tenebit test petere ab

18 *Septimo* peccat Scomessa, Hi spondentes si

17 Sexto peccat, qui dissimulando peritiam magnam, quam ha-
bet in ludendo pila, vel alio eiusmodi ludo attrahit alium longe
imperitiosum ad ludendum, aut falsis talis, vel chartis vitur, le-
geve ludi cum notabili damno collusoris transgreditur, quia
vitur dolo & fraude, de quibus supra. Idem de eo, qui ludit nō
apposita pecunia cum iuramento de soluendo quod perdidit,
& non soluit h.

Per que respondeo ad noue quæsitæ: Ad prima quidem tria,
quod peccat mortaliter, qui scienter ait, se habere psura publica
quam habeat, quo lucratur, & qui aduertit collusorem errore
calculi dicere se pauciora habere, quo perdit, & non monet, &
qui accipit, priorem locum, quem manum appellant, quia pri-
mus decipit, secundus accipit quod iā alter lucratus est, tertius,
quia surripit ius aptius lucrandi collusori, quamuis non tenere-
tur restituere quantum ob id lucraretur, sed quantum illud ius
prioris loci valet: sicut qui lædit messem, non tenetur restituere,
quantum illa in area redderet, sed quanti aestimaretur in her-
ba: que tria tunc, & tantum procedunt, cum damnum notabi-
le inferitur, per supradicta.

Ad quartum respondeo, quod inspector ludi non peccat contra
legem iustitię, eo quod non admonet ludentem errare, compu-
tando, vel non capiendo priorem locum, si id non promissit. Et
ita quamuis aliquando peccaret contra legem charitatis, non
tamen tenetur restituere, ad id enim sola lex iustitię obligat,
per citata supra b.

Ad quintum, quod ludens sub fide sua non iurata, non peccat in
regnis Hispanię non soluendo, quia diuę memorię Carolus V.
in Comitij Mantuę Carpentarię, siue Madritij anno 1518. ve-
nit, ne luderetur sub fide soluendi, etiam ludis licitis, qualis est
pila: simul irritas declarando quascumq; promissiones, obliga-
tiones, & fidei iussiones, que ad id prestaretur. Quod ipsum esse
seruandum etiā in alijs regnis iure communi asseruit Adrianus,
quod efficaciter videtur probare presatus Datus (qui quum su-
periora excuderentur solū quidem erat Reuerendiss. Segobiē-
sis, nunc autem est Consilij Hispaniarum Maximi Preses d) li-
cet contra tenuerit idem Adrianus e, & Castrensis f. Nihil tamen
prædictus Preses ait de iurante soluere, sicut nos hic egeramus
de solo promittente. Nunc autem aimus, teneri ad soluendum
iurantem, vt prædiximus, posse tamē repetere soluta instar solū
promittentis soluere vsuras, qui eas nō tenetur soluere, nisi iura-
uerit, & tunc solutas reperere potest g. & quod vt iurās soluere
vsuras, potest petere absolutionem, antequam soluat, qua obtē-
ta non tenebitur soluere h, ita iurans soluere in ludo perditā po-
test petere absolutionem, qua obtenta non tenebitur soluere.
18 Septimo peccat, qui facit rei notabilis sponsonem, que Italij
Scomesa, Hispanij Apuesta, Gallij Gagemet dicitur, per quam
spondentes sibi aliquid mutuo promittunt in aliquem euentum
incertum

h Arg. ca. de
bitores, de iu-
reini. vt Me-
din. vbi sup-
late probat.

a S. Tho. 2. 2.
q. 62. art. 4. &
supra c. 17. n.
27.

b Cap. 17 n.
12. & infra c.
24. n. 5.

c In 4. de res-
sit. q. 12.

d In ca. pec-
catum, de reg-
iur. l. 6. parag.
4. n. 8.

e Vbi sup. q.
22.
f De lege pos-
nal. l. 2. c. 2.
collar. 3.
g Cap. debi-
tores de iu-
re iur.
h Cap. 1. de
iurciur.

f. l. cū ad præsens, ff. de reb. cred. & à Titio, ff. de verb. obl. per quam hoc notant Paulus & Alex. ib. approbat. per Ias. & et cetera per eum ibi & in d. l. cū ad præsens & in 4. l. sent. d. 15. q. 15. & seqq. In 4. l. de rest. q. de ludo.

a In d. l. clerici, & in ca. quia pleriq. de imm. eccl. b Vbi supra. c 2. 2. q. 32. art. 17 ad 1. d Vbi supra. e In summa verb. Judas.

f Intra glos. sing. in ca. dicit. parag. cessent de imm. eccl. 6.

g Verb. Judas, q. 17.

h Gabr. in 4. d. n. 15. q. 13. dub. 8. in fine

incertum præteritum, vel futurum, certo sciens à se assertū esse verū, & id dissimulat, vt alium ad sponsonem inducat, quia dolo, de quo supra, in damnum notabile proximi vitur: qui enim sine dolo eam facit, nō peccat, quia talis sponsoni nulli legi iustitię est contraria, imo est consona i, licet vt plurimum obuiet liberalitati. Neque obstat quod Ioan. Maior k, & Adrianus l contrarium significare videantur. Tum quia eorum ratio satis examinata idem concludit. Tum quia non dicunt eos, qui sic volūt lucrari, mortaliter peccare, sed absolute peccare, quod etiā nos cum Caietano quasi fatemur, dicentes id fere semper esse liberalitati contrarium, & ita lucrum sordidum.

19 Octauo peccat, qui lucratur aliquid notabile ludo, etiam licito ab eo, qui non potest donare, vel à coacto & grauitè attracto, aut dolo, vel fraudulenter, vt prædictum est, & nō vult illud restituere, secundum omnes. Dixi, Ab eo, &c. quia secundū veriorē opinionem, quidquid dicat Panorm. a & Gabr. b nemo lucrifacit in ludo, etiā illicito, ab eo, qui donare potest ea, quæ perdit absque metu, dolo, & fraude, tenetur restituere de præcepto, etiam pauperibus, vt satis sentit vterq; Thomas c, & explicant Ioan. Maior, & Adrianus d, & Caietanus. e Tum quia nihil accipit contra iustitiam, cum nō accipiat inuito domino, qui sine ludo, & cum ludo donare ea poterat. Tum quia neq; quod sponsonibus sine fraude lucrifit, neque quod emptionibus & venditionibus in diebus festis aut locis sacris, quamuis in eo mortaliter delinquatur, est necessario restituendū, quia non obstante illo peccato valent f.

Adde, quod qui teneretur restituere lucrifacit in ludo ab vno, non potest compensare cum perditis cum alio, nec è contrario: cum perditis vero cum vno non potest cōpensare lucrifacit ab eodem non solum durante eodem ludo ad cuius vsq; finem nihil censetur lucrifacitum, sed etiam in diuersis ludis, etiamsi alij sint liciti, & alij illiciti, siue vterque sit habilis ad donandum, siue inhabilis, siue alter habilis, alter inhabilis, quamuis de rigore iuris in hoc vltimo contrariū dici possit, sed sequimur Syluest. g hoc tenentem ex equitate, saltem quoad forum conscientię, licet arbitror neminem, qui falsis talis, aut chartis, aut alias dolo & fraude lucratur ab alio, compensare posse cum iuste lucrifacit ab eodem: non enim videtur iustum vt compensentur cum iuste perditis, quo casu procedat opinio contraria. Adde itē, quod etiam ministri i & inspectores, quibus ludentes ex collatis in medium aliquid conferunt, tenentur restituere quando lucrans ad id tenetur, alias non h.

De consilijs Euangelicis.

20 Consilia spernens, vel non implens quando peccat mortaliter.

21 Consilia Christi preparatione animi seruanda.

21 Consi-

21 Consilium
fere
21 Consilium
gan
22 Caritate
23 Peccatum

20 Conter, qui
rit non imple
esse de se, & a
la vouere, vel
ter omittio si
dicto, licet b. c.
sed qui principi
est verus con
per Caietanum
Archid. f. & cl
rum conscient
bus citatis i p
11 Dixi, Prop
animi, secund
& alibi sepe, h
in quibus cas
tyrio declarat
galem ex se ef
seculare relig
pta s. Thomæ
De se & absol
torem esse vit
clericalem, non
batum à Paulo
22 Ad quæ sit
castitatis, paup
dere, quod præ
numerus suo A
dendi eos, cum
vel aliam caus
ipse gaudere ill
rum sustentati
strationem ho
equiparantur, i
omni eo, quod
sine gaudere, q
Caietanus r.
23 Et caritas tri
quis gaudere ca

- 21 *Consilium à Christo statum non esse tam bonum, ac contrarium asserere, heresis.*
- 22 *Consilium contra Christi an peccet monachus caritate annona gaudens.*
- 23 *Caritate annona gaudens quis non peccat.*
- 24 *Peccatum quod non est omne in Deum potest referri.*

20 **C**ontra consilia Evangelica, aut canonica peccat mortaliter, qui ea per contemptum verum non implet, vel propositum non implere, etiam tempore quo fierent precepta, vel ait, non esse de se, & absolute meliora, quam contraria, vel non licere illa vouere, vel vota seruare *a*. Dixi, *Per contemptum*, quia regulariter omisio simplex implementi eorum alio tempore, quam praedicto, licet *b*. Contemnit autem vere non omnis, qui non implet, sed qui principaliter ideo non implet, quia ea parui facit, id enim est verus contemptus, iuxta Sancti Thomae declaratum *d* bene per Caecilianum, & confuse per Felinum *e*, & fere ad verbum per Archid *f* & clarius per nos infra. *g* Dixi, *Verum*, quia quoad forum conscientiae non sufficit praesumptus *b*, licet in multis casibus citatis *i* per Felinum praesumatur.

a Iuxta gloss. sing. recept. in c. quis autem, 10. dist. declarata ibi. per Do. & per Felin. ante & post articulos late in c. 1. de cons. b. prag. sin. 4. dist. & prag. quod praecipitur, 14. di. 11.

21 Dixi, *Proponit*, & c. quia consilia seruanda sunt preparatione animi, secundum Augustinum relatum à Gratiano *k*, & à S. Thoma *l*, & alibi sepe, hoc est proposito actuali vel virtuali adimplendi ea, in quibus casibus de necessitate salutis existunt, ut ibidem de martyrio declarat. Dixi, *Vel ait*, & c. quia qui affirmat, statum conjugalem ex se esse aequum bonum, vel praestantiorum coelibatu, aut secularem religioso, non solum peccat, sed est hereticus, per scripta S. Thomae *m*, quia aduersatur illi *n*, *Si vis perfectus*, & c. Dixi, *De se & absolute*, quia dicere secundum quid, & alicui conuenientior esse vitam conjugalem, quam coelibem, & laicam, quam clericalem, non solum non est heresis, sed catholicum, & probatum à Paulo *o*.

c 2. 2. q. 126. art. 9. *d* Ibid. *e* In c. cum quibusdam de iur. in. f. in c. quicumque 81. dist. *g* Cap. 25. nu. 40. *h* Cap. tua, de sponsal. *i* Vbi supra. *k* In c. paratius 23. q. 1. *l* 2. 2. 124. art. 3. ad 1. *m* 2. 2. qui 152. art. 4. & q. 184. D. *n* Mat. 19. *o* 1. ad Cor. 7. ut ibi docet D. Thom.

22 **A**d quaesitum hic, An religiosus, qui ad tria consilia Christi, castitatis, paupertatis, & obedientiae se astrinxit, possit iuste gaudere, quod pretium creuerit modiorum tritici, quorum certus numerus suo Abbati pro suo annuo victu, cum facultate vendendi eos, cum placuerit, conceditur propter sterilitatem anni, vel aliam causam: Respondetur posse. Tum quod perinde potest ipse gaudere illo augmento, ac Abbas augmento ad suam, & suorum sustentationem applicatorum *p*. Tum quia quoad administrationem honestam redditus Ecclesiastici secularis & regularis equiparantur, iuxta dictum singulare Cardinalis *q*. Tum quia de omni eo, quod non est malum culpe, potest quis bono aliquo sine gaudere, quia omne tale potest in Deum referri, ut resoluit Caecilianus *r*.

p Arg. c. 2. de statu monac. *q* In clem. 2. de vit. & honest. cler. *r* 1. 2. q. 100. art. 10. & q. 8. art. 3. ad 1. *a* Ca. non omnis, 5. q. 5.

23 **E**t caritas tritici non est malum culpe, sed poenae *a*, & ita potest quis gaudere caritate, quantenus per eam luxuriantes victu, vestitu, & c.

Te assertum esse
cat, quia do-
ur: qui enim
ulli legi iusti-
am obuiet li-
rianus l con-
tio satis exa-
qui sic volut
quod etiam nos
per esse libe-
to, etiam licit-
ra uiter attra-
non vult illud
a secundum ve-
Gabr. b nemo
otest ea, qua
uere de pra-
omas c, & ex-
Cum quia ni-
domino, qui
ia neq, quod
ptionibus &
amuis in eo
quia non ob-
ludo abvno,
& contrario:
lucrifacta ab
sq; finem ni-
s, etiamsi alij
mandum, si-
uis de rigore
nur Syluest. g
ncientia; li-
ur alias dolo
te lucrifactis
ntur cum iu-
do ite, quod
llatis in me-
o lucrans ad
liter.
21 Consi-

& veneris refrænantur, & socordes Dei recordantur, & omnes ad orationem refugiunt. Tum quia potest quis gaudere de augmento pietij, non gaudente, imo dolendo de causa eius, ut gaudemus de passione Christi, quatenus nos redemit, & dolemus quatenus eam intulerunt Iudæi, & nepos beneficiarij demortui gaudet de beneficio eius sibi collato, dolens de morte patris, & filius gaudet de bonis obuenientibus ei per mortem patris, plerans illam plurimum. Tum quia licite potest quis etiam desiderare malum pœnæ alicui ob aliquem bonum finem, ut mortem tyranni, quo Respub. pace fruatur, Turcarum Principis, quo Christiani tranquillentur, ut b dictum fuit post Alexandrum, S. Thomam, & clarius Sotum, quamuis desiderare simpliciter caritatem tritici, vel gaudere, quod illa cucerit principaliter, ut carius vendatur, peccatum est.

b Supra, c. 25.
n. 10.

De quinque præceptis Ecclesiæ principalibus,
& primo de Missa audienda festis diebus.

C A P V T XXI.

- 1 Missam unam totam non audiens sine vesperis, ut peccat.
- 2 Missæ quæ pars notabilis, & quæ tantum die festo audienda necessario.
- 3 Missæ omittenda quæ cause iustæ, & an interdictum.
- 4 Missa ab audienda quæ vidua excusatur, vel laudatur.
- 5 Missa an audienda in parochia.
- 6 Missam audire sine attentione debita non sufficit, & 8.
- 7 Missi ab audienda excusatus an teneatur supplere, &c.
- 9 Missa ad audienda quæ familia, vel menstruosa excusatur.
- 10 Missam tangentes plurimi errores.
- 10 Missæ & diuinorum cantui nulla lasciua & prophana miscenda.
- 10 Ecclesiam non turbent strepitus, deambulatio, & colloquia prophana.

PRæcepta principalia Ecclesiæ sunt quinque. Primum, de Missa audienda festis diebus. Secundum, de ieiunando certis diebus. Tertium, de soluendis decimis. Quartum, de confitendo semel in anno. Quintum, de communicando saltem in Paschate.

Contra horum primum peccat mortaliter, primo, quicumque discretus Missam integrâ die festo sine iusta causa non audit, etiam si absq; vero contemptu per solam negligentiam id facere omittit: quod recte Syluest b probat, quidquid post Richardum Angelus dicat d. Dixi, Quintumq; quia quilibet cuiuscumq; sit ætatis, sexus, vel conditionis, puer, vel, senex mas vel fo-

a Cap. missas
& cap. omnes
fideles de cõ-
secrat. dist. 1.
D. Verb. mis-
sa. 3. q. 2.
c In quolib.
2. q. 19.
d Verb. fe.
parag. 4.

mina